Vulnerum Gnosi Georgij Zeblisławski Ducentis: Gnosi Vero Constantini Zeblisławski Quinquaginta Marcas polon: Decreto inrato adiudicatis, atque Vera padna Trium Marcarum polon: et alijs quibusuis poenis Decreto eodem adiudicatis: necnon Contestatione memorata Castrensi Zydaczoviensi, tum et alijs quibusuis Contestionibus ex occasione Causae memoratae intervenientibus, et ad eamque Causam Solummodo sese referentibus, ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscentibus in praemissis praestitam Satisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt, liberosque et absolutos perpetuo pronuntiant. Processus Causae eiusque quaevis Decreta et Inquisitiones, ac etiam Contestationem cum omnibus illorum conditionibus et punctis in toto et per omnia Cassant, mortificant et annihilant sibi, suisque posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo Silentium.

Opockie Coniuges et Biało głowski mutuo Robnt.

999 Comparentes personaliter coram Officio, Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosi Stanislaus de Magna Opocka Opocki, et Constantia de Kuchary Coniuges Legitimi ab Una, et Felicianus Białogłowski parte ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Dietibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totali ac plenarie

incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac
per expressum recognouerunt, et quilibet illorum
seorsim suo interesse recognouit. Quia ipsi ex
una, parte Andrea Opoczka Consors, cum eiusdem mariti
sui, uti Tutoris Coniugalis personali assistentia, et
ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu: sibi mutuo
et inuicem una pars alteri, atque istaec utriusque partis
se, ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter
omnibus, summisque pecuniarum quibuscunque habitis et habendis
inscribunt et obligant praesentibus: Interusam certam
inter se Recognitas ratione certarum rerum et Con
ditionum in eadem Interusa contentarum de actu
et data illius hic Premysliae die hodierna in actu contentam
hoc est die Vigesima quarta Februarij Anno praesenti
confectam et conscriptam, manibus suis Recognitarum
proprijs ab utrinque subscriptam: In omnibus et singulis
eiusdem Interusae conditionibus, punctis, clausulis
articulis, Vadijs, ligamentis, ac nexibus generaliter
Vniuersis firmiter tenere, complere, exequi, ac inuio
labiliter obseruare, omnibusque et singulis eius contentis
tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit
satisfacere: Interusam praefatam ad Inscriptionem prae
roboratam, et Inscriptionem praesentem roboratam, ad
praedictam Interusam vicissim in toto referendo: idque
sub Damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali
Iuramento taxandis et exigendis, per partem parti, cum
Successoribus utriusque partis, ob non completionem contentorum
Interusae praefatae omnium et singulorum, tam in parte, quam
in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succum
bendis: pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter

taxatis, modo praemisso ad solvendum succubitis, ac re aliqua principali ex contentis Inscriptionis praefatae non completa, complenda, citata ex nunc inrata pars una praemissa non tenens sive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius Successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu supto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praefata Terrestria, sim[pli]ci verbo taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere ac de iudicatum pati debebit et tenebitur, seque et suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusque Terminos semper peremptorios vera Infirmitate, praesertim maiori, minoriue Succorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad munimenta, ad Electorem, vel aliis quibus dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praetereaque extra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia pedis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, factis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventione, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Itae sua praesenti persona i recognitione ad praemissa omnia et singula mediante

Giedzinski Goiszew[ski]